



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

37. An Bukka Coenae abroget facultatem Bullae Cruciatæ quoad
absolvendum à reservatis in eadem Bulla Coenae? Ex p. 4. tr. 4. & Misc.
res. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

non facit mentionem facultatum per modum contra-
ctus concessarum : ergo, &c.

RESOL. XXXVI.

An per clausulam Bullæ Cœnæ suspendatur Bulla Crucia-
ta? Ex p. 11, r. 11, Ref. 96.

R^{espondeo} negativè. Et ita docet Fernandez
in exam. Theol. mor. part. 3. cap. 9. sect. 11.
cap. 19. num. 5. Henriquez lib. 7. cap. 21. num. 2. Et ra-
tio est: quia aliter esset Pontifex sibi contrarius. Et
ita etiam docuerunt Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 11.
n. 7. & noster Duardus in Bull. Cœn. lib. 3. §. 2. quest. 11.
num. 41.

RESOL. XXXVII.

An Bulla Cœnæ deroget facultatem Bullæ Cruciatæ quoad
absolvendum à reſervatis in eadem Bulla Cœnæ? Ex
p. 4, 11, 4, & Misc. Ref. 18.

A^{ffirmativam} sententiam ex Hispanis Docto-
ribus docet Gargas de beneficiis tom. 2. p. 11.
cap. 10. numero 130. & seq. & ita asserit dixisse Cle-
mentem VIII. in quodam examine ad Episcopatum
Cæteranum; & Iacobus Bleda in opus. defensionis fidei
in causa Moriconum cap. 31. observat, quod duo viri
Hispani cum examinarentur ad Episcopatum coram
supradicto Pontifice, repulsam tulerunt, quia respon-
derunt à casibus Bullæ Cœnæ posse absolvi in Hispani-
is virtute cuiusdam privilegij, nempe Bullæ Crucia-
tæ, quod probatur ex clausulis in fine Bullæ Cœnæ
appositis, in quibus reuocantur omnia, & quæcumque
indulta, gratia, indulgentiæ, &c. sub quavis forma
& tenore, & cum quibuscumque clausulis, etiam de-
rogatoriis derogatoriis à Sede Apostolica conce-
ditur quibuscumque personis, etiam si regali præfulgeant
dignitate, ex quavis causa, etiam per viam contractus,
aut remunerationis, & cum clausula, quorum tenore,
ergo, &c.

Verum his non obstantibus hodie praxis in om-
nibus Regnis Hispaniarum est, vt virtute Bullæ Cru-
ciatæ detur absolutio à reſervatis in Bulla Cœnæ, ex-
cepta hæresi, & hoc posse fieri tradunt omnes expo-
sitorum Bullæ Cruciatæ, Acosta, Rodriguez, Sanchez,
Henriquez, Villalobos, Fernandez, Soriano, quos citat &
sequitur nouissime Ludouicus à
Cruz in expositione Bullæ Cruciatæ disp. 1. cap. 10. dub. 4.
num. 8. quibus ego addo Aegidium Trullench in ex-
positione eiusdem Bullæ lib. 1. §. 1. dub. 13. num. 2. quia
expressè in Bulla Cruciatæ conceditur absolutio à ca-
sibus Cœnæ, excepta hæresi; ne ergo Papa contrarius
sibi videatur, dicendum est per Bullam Cœnæ Crucia-
tæ derogari, Deinde post reuocationem in Bulla
Cœnæ positam, qua prohibetur absolutio à casibus
Cœnæ, & derogatur omni privilegio, etiam speciali,
hæc V. anno 1590. fecit hanc exceptionem, nisi
cuiusmodi casus reſervati in Bulla Cœnæ in eis præsen-
tibus literis expressè comprehendantur. At iidem ca-
sus in Bulla Cœnæ iam exprimentur in Cruciatæ, ex-
cepta hæresi; ergo Bulla Cœnæ non reuocat Crucia-
tæ, sed solum derogat aliis privilegijs, iis exceptis,
quæ in Bulla Cruciatæ continentur. Et hanc esse men-
tionem Pontificis, præter rationes citatas, apparet primò,
quia dum Pontifex Cruciatam concedit ex certa scien-
tia, agnoscat Bullam Cœnæ esse non semel, sed plu-
res promulgandam intra spatium ab ipso præfixum
pro Cruciatæ duratione, & nihilominus expressè vult,
quod per totum id spatium sit valida. Secundò, quia

expressè in concessione Cruciatæ facultatem impen-
dit vt absque noua licentia singulis annis publicetur,
idque absque diei, seu temporis determinatione. Ter-
tiò, quia cum concessio Cruciatæ per viam contractus
onerosa facta sit, adhuc tamen post Bullæ Cœnæ pro-
mulgationem non iubet Pontifex vt Cruciatam susci-
pientibus contributa elemosynas, vel quid æquualens
reddatur: ergo apparet per Bullam Cœnæ non velle
Pontifices derogare Bullam Cruciatæ, Multas alias ra-
tiones videbis apud Ludouicum à Cruce vbi supra, qui
etiam responderet ad argumenta contraria; ad illum, &
non pigebit.

RESOL. XXXVIII.

An Confessarius possit absoluerè penitentem ex vi Bullæ
Cruciatæ pluries à casibus Summo Pontifici reſer-
uatis?

Et doctrina huius Resolutionis est valde nota, quia se-
supra dicti casus sunt occultis, per Cruciatam possit
Confessarius eos absoluerè toties, quoties. Ex p. 11, r. 11,
Ref. 28.

§. 1. N^{egativè} responderetur communiter: ita Fer-
nandez in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 9. §. 9. n. 1.
Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 2. n. 5. Ledes-
ma in sum. tom. 1. tract. de Penit. cap. 13. concl. 2. dub. 1. &
alij.

2. Non reticebo tamen hic celebrem sententiam
doctissimi Theologi Thomæ Sanchez in sum. tom. 1.
lib. 4. cap. 54. num. 2. asserentis, casus Summo Pontifi-
ci reſervatos; occultos tamen, posse à Confessariis
absolui, non semel tantum, sed toties quoties. Et ratio
est: quia Bulla casus Pontifici reſervatos excipit,
ne liceat ab illis absoluerè toties, quoties; sed quando
hi casus sunt occultis, iam non sunt casus reſervati
Summo Pontifici; sed iure ordinario, & non speciali
competunt Episcopis, & annexi sunt dignitati Epif-
copali: cum ergo Bulla concedat absolutionem à reſer-
uatis Episcopo toties, quoties; largitur etiam absolu-
tionem ab his reſervatis occultis; quia per Concilium
Tridentinum iam amplius non sunt Papales, sed Epi-
scopales: quia, licet casus Papales non desinant esse
tales, eò quòd Pontifex illos aliquoties concedat Epi-
scopo; imò et si semper concedat eos Episcopo specia-
li; ac desinerent esse Papales per generalem Constituti-
onem, concedentem eos in perpetuum cuilibet Epi-
scopo. Sed totum hoc accidit in casu nostro: Ergo,
&c.

3. Hæc doctrina est valde notanda, quia celebris,
& non passim obuia. Itaque ex sententia Sanchez
Confessarius per Bullam Cruciatæ potest absoluerè
quoscumque casus Summo Pontifici reſervatos, non
semel, sed toties quoties, dummodo tamen sint oc-
cultis; quia, vt tales, desinunt esse Papales, & sunt Epi-
scopales, licet contrarium asserat Henriquez lib. 6.
cap. 14. num. 7. in fin. Bañez in 2. 2. quest. 64. art. 2. ad
finem.

RESOL. XXXIX.

An quis possit absolui ratione Bullæ Cruciatæ toties, quo-
ties à casibus Summo Pontifici reſervatis, si occultis
sunt. Ex p. 3, tr. addit. Ref. 17.

§. 1. H^{æc} quæstio erit multum plausibilis Confes-
sariis. Ego pro opinione negativæ in part. 1.
tract. 1. resol. 28. adduxi Villalobos, Ledesmam, Fer-
nandez, quibus nunc addo Henriquez lib. 6. cap. 4. n. 7.
& Bañez in 2. 2. q. 64. art. 2. l.

H 2, Sed

Sup. hæc in
Ref. seq. 86
in alijs eius
annot. & in
tom. 7. r. 7.
Ref. 246. in
fin. & ex Re-
sol. 309. legi
doctr. §. 1.
segunda. &
in to. 9. r. 7.
ex Ref. 281.
vide doct.
§. Arguitur
tertio,
& non
est
bonum
non
est
bonum
non
est
bonum

ad hoc quod
non est
bonum
non est
bonum
non est
bonum
non est
bonum

Quæ hæc est
Ref. antequam
dicit, & in